



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Disp. LXXXII. An voluntatis Dei possit aliqua causa, aut saltem ratio finalis
assignari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

quod si seorsum intelligat principium, & seorsum conclusionem, intelligentia principij est causa scientiæ conclusionis. Sed si intellectus in ipso principio inspiceret conclusionem, vno intuitu apprehendens vtrumque, in eo scientia conclusionis non causaretur ab intellectu principiorum: qui idem non est causa sui ipsius, sed tamen intelligeret principia esse causas conclusionis. Similiter est ex parte voluntatis circa quam sic se habet finis ad ea quæ sunt ad finem, sicut in intellectu principia ad conclusiones. Vnde si aliquis vno actu velit finem, & alio actu ea quæ sunt ad finem; velle finem erit ei causa volendi ea quæ sunt ad finem: sed si vno actu velit finem & ea, quæ sunt ad finem, hoc esse non poterit: quia idem non est causa sui ipsius. Et tamen erit verum dicere, quod velit ordinare ea quæ sunt ad finem in finem. Deus autem sicut vno actu omnia in essentia sua intelligit, ita vno actu vult omnia sua bonitate. Vnde sicut in Deo intelligere causam non est causa intelligendi effectus, sed ipse intelligit effectus in causa, ita velle finem non est ei causa volendi ea quæ sunt ad finem. Sed tamen vult, ea quæ sunt ad finem ordinari in finem. Vult ergo hoc esse propter hoc, sed non propter hoc vult hoc.

est reducere ad alios fines creatos vltiores. Vnde huiusmodi dependent ex simplici voluntate Dei alia vero ex ordine etiam aliarum causarum.

Conclusio articuli est, *Nulla causa finalis diuina voluntatis assignari potest: eius vero explicationem, & doctrinam totius articuli, sequenti disp. complectemur.*

DISPVTATIO LXXXII.

An voluntatis Dei possit aliqua causa, aut saltem ratio finalis assignari.

Dua opinioniones Theologorum, cap. 1. Deo nihil aliud esse rationem volendi præter suam bonitatem, verior sententia est. s. 2.

Assignanda esse instantia prioris, & posterioris in decreto Dei. c. 3.

In modo distinguendi, & ordinandi instantia rationis in diuino decreto, varie sentiunt auctores. c. 4.

Hæc instantia secundum ordinem obiectorum inter se assignanda sunt. c. 5.

Ex sola Dei voluntate sine connexionerum inter se non debent instantia ordinari. c. 6.

CAPVT I.

Dua opinioniones Theologorum.

Scholastici omnes vno ore fatentur, nullam causam realem diuinæ voluntatis posse assignari, non solum efficientem, materialem, aut formalem, id n. satis compertum est, sed neque finalem, id quod ex professo notauit S. Tho. in hoc a. intelligunt autem non solum inter obiecta creata non esse aliquam causam finalem secundum rem, sed neque suam bonitatem esse posse. Probat vero Doctor S. hac ratione tunc aliquid est causa finalis realis volendi media quando diuerso actu volendi voluntas versatur circa illud; & circa media, sic n. finis alio actu volitus, est causa volendi media, quia voluntas finis mouet realiter ad voluntatem mediorum, ac proinde finis ipse metaphorice suo modo dicitur mouere, quia sui desiderio mouet ad desiderium mediorum, quoties autem eadem voluntate quis appetit finem, & media, ibi non potest esse realiter causalitas finis per sui desiderium ad volendum media, quia eadem voluntas non est sibi ipsi causa realis. Sicut etiam tunc solum principia realiter dicuntur mouere ad cognitionem conclusionum, quando alia est cognitio principiorum, alia conclusio, quod si eadem cognitione vtraque simul cognoscuntur, non dicuntur principia esse causa realis cognoscendi conclusionem; Deus autem eodem actu voluntatis vult suam bonitatem tanquam finem, & creaturas, tanquam media; ergo nec sua bonitas, nec quidquam aliud potest esse realis causa volendi.

I. Voluntatis diuina non potest esse causa finalis realis. s. Thom.

Prima ratio. s. Thom.

In hac ratione supponit S. Tho. finem tantum mouere per modum finis ad desiderium mediorum, & hanc esse propriam eius causalitatem: id quod verissimum est, vt ex professo probabitur 12. q. 1. ar. 2. sed si aliquis contendat, etiam finem mouere ad desiderium, & amorem sui vera finis causalitate, probatur nihilominus, nullam esse causam finalem realem voluntatis Dei. Primum non potest esse sua bonitas, quia ea non distinguitur ab amore, & actu voluntatis circa ipsam, quod necessarium erat, vt esset causa realis idem enim sui ipsius

Secunda ratio. 2.

119.
4. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.

præ

lib. 2. de
Trin. c. 2.
in medio
s. 3.

1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.

Deo nihil aliud esse rationem volendi præter suam bonitatem verior sententia est.

fius realis causa esse non potest. Deinde nec aliqua creatura, quia nulla mouet Dei voluntatem gratia sui, sed tanquam medium ei comparatur: Deus enim gratia suæ ipsius bonitatis omnia creata amare dicitur: ergo nulla est causa finalis secundum rem diuinæ voluntatis. Hinc colligit S. Thom. deum velle hoc esse propter hoc; non tamen velle hoc, quæ propositiones verissimæ sunt, & inferius exactius explicandæ.

Prima Sententia Caietani.

Dissentio tamen est inter Doctores, an saltem, nostro modo intelligendi, ratio aliqua volendi per modum finis possit assignari, propter quam deus dicatur aliquid velle, atque vnum velle, quia vult aliud: & non tantum velle, vnum esse propter aliud. Sunt autem diuisi auctores in tres opinioniones, quarum duas in hoc cap. recensere tertiam vero, quæ probabilior est, in sequenti.

Prima est Caietani in hoc articulo, qui, vt explanet hanc difficultatem, & mentem S. Thom. exponat, distinguit quatuor propositiones, prima est, Hoc est propter illud. Secunda, Deus vult, hoc esse propter illud. Tertia, est volitum à Deo, quia illud volitum est. Quarta, Hoc vult Deus, quia vult illud.

3.

Primam, & secundam propositionem ait esse concedendas, & vt inferius constabit, vtraque caret omni controuersia. Tertiam asserit esse etiam concedendam secundum mentem S. Thomæ: quartam vero omnino negandam. Ex quo inferri dari quidem rationem diuinæ voluntatis passiuæ acceptæ, non tamen actiue, hoc est, dari rationem inter ipsa obiecta creata, propter quam fit verum dicere, aliquid esse volitum, non tamē dari rationem, propter quam dicatur Deus aliquid velle. Hæc omnia nullo modo probat Caietanus, nec video, quo pacto defendi possit id, quod vltimo loco docuit: nam si tertia propositio conceditur, & assignati potest ratio diuinæ voluntatis passiuæ cur non quarta erit concedenda, & assignanda ratio diuinæ voluntatis actiue: idem enim omnino est rem aliquam esse volitam à Deo propter aliam, & Deum velle rem aliquam propter aliam: sicut est rem aliquam intelligi à me propter aliam, & me illam intelligere propter aliam; vox enim passiuæ eundem omnino sensum reddit, quam facit actiua.

Non probatur.

Secunda sententia.

4. Durand. Cordub.

5. An. Cordub. q. 56. opinione 5. p. 2. ad 2. dub. & sequuntur multi recentiores Thomistæ, putantque esse sententiam S. Tho. x. cont. gent. c. 86. vbi tribus rationibus ex professo probat, dari rationem diuinæ voluntatis, non causam. Quocirca 87. incipit dicens, Quamuis autem aliqua ratio diuinæ voluntatis esse possit, non tamen sequitur, quod voluntatis eius sit aliqua causa: nec solum, illo 86. docet, rationem diuinæ voluntatis esse bonitatem ipsius, sed etiam inter obiecta creata rationem assignat: inquit enim, bonum vniuersi esse rationem ob quam Deus velit bonum creatum singulare: aliquam quoque rationem creatam diuinæ voluntatis assignat.

Go vero non tantum veriore puto tertiam sententiam, sed eam ex S. Tho. dilucide mihi videor colligere, quæ talis est: tamen si Deus velit vnam rem creatam esse propter aliam, non tamen vult vnam propter aliam, sed omnia creata vult propter suam bonitatem; quare inter obiecta creata nullum est Deo ratio volendi aliud, sed sola sua bonitas est ratio per modum finis volendi reliqua. Hanc opinionem tradidit Alex. 1. p. q. 28 m. 3. a. 3. & q. 35. m. 3. cum ait voluntati Dei nullam esse rationem, si ratio intelligatur esse aliquis finis extra: vbi intra ipsum Deum concedit finem, seu rationem, scilicet suam bonitatem, non tamen extra: id quod intelligendum est de fine, non secundum veram rationem causæ, sed quatenus concipitur, vt ratio volendi, per modum finis: & in hunc sensum negauit ibi, non tantum dari causam, sed etiam rationem, si ratio intelligatur aliquis finis extra. Idem docuerunt Henricus quodlib. 4. q. 9. lit. O. & Gabriel in Henric. d. 14. q. 1. a. 2. post tertiam conclusionem, Diedo de concord. lib. arbi. & prædest. 1. p. cap. 4. ad 4. & inclinat Ferrar. 1. contra gent. cap. 86 & 87.

Porro ex S. Thoma non obscure probatur. primum, quia supra articulo 1. ad 3. & articulo 2. ad 2. ait, voluntatem Dei moueri solum à sua bonitate: certe non intelligit tanquam à causa finali, quæ vere sit causa, hoc enim genus cause in vniuersum negauit S. Doctor in hoc art. 5. intelligit ergo à nullo alio moueri, quam à sua bonitate, tanquam à ratione volendi: quod si voluntas Dei habere posset rationem volendi, quam suam bonitatem, ab alia, quam ab ea moueri diceretur. Deinde postquam S. Thom. 1. cont. gent. c. 86. docuit inter obiecta creata non esse aliquam causam diuinæ voluntatis, cap. 87. inquit, Dei bonitatem esse illic causam volendi aliud; ex qua sententia sic arguo. Aut S. Thom. loquitur de causa finali, quæ re ipsa sit causa, & non tantum ratio per modum finis, nostro modo intelligendi, & hoc pacto, sicut nullum creatum obiectum est Deo causa finalis, ita etiam nec sua ipsius bonitas esse potest, quia, vt ait in hoc articulo, cum eodem actu velit suam bonitatem, & omnia creata, quæ ipsi comparantur tanquam media non potest bonitas illius esse vere causa finalis volendi obiecta creata, atque idcirco in hoc articulo in vniuersum docuit, non posse Deo esse aliquam causam finalem secundum rem. Aut loquitur S. Tho. in illis duobus capitibus de causa, solum nostro modo intelligendi, quæ dicitur ratio, & hoc modo sequitur id, quod cōtendimus, nempe Deo nullam esse causam volendi præter suam bonitatem, alio autem modo loqui non potest: ergo prædicta sententia plane ex eisdem capitibus deducitur, ex quibus aduersari suam confirmare contendebant.

Sic igitur loqui debemus, Deus vult cetera omnia propter suam bonitatem. hoc est, quia vult suam bonitatem, in quo non de notatur causa, sed ratio finalis volendi: non tamen licet dicere, Ex obiectis creaturis hoc voluit Deus propter illud, id est, hoc voluit, quia voluit, quia vnum non est ratio volendi aliud: recte tamen dicitur, Ex obiectis creatis Deus voluit vnum esse propter aliud. Cum vero S. Tho.

Tertia sententia verior, S. Thom.

Alexand.

Henric. d. 14. q. 1. a. 2. post tertiam conclusionem, Diedo de concord. lib. arbi. & prædest. 1. p. cap. 4. ad 4. & inclinat Ferrar. 1. contra gent. cap. 86 & 87.

Et est S. Thom.

Henric. d. 14. q. 1. a. 2. post tertiam conclusionem, Diedo de concord. lib. arbi. & prædest. 1. p. cap. 4. ad 4. & inclinat Ferrar. 1. contra gent. cap. 86 & 87.

Medius quidam sententia verior, S. Thom.

S. Thomas
verissime lo-
quitur, &
congruus.

S. Thomas in hoc articulo negat, Deum velle hoc propter illud, in quo videtur Dei etiam bonitatem includere, vt propter illam non dicantur res volite, loquitur de causa volendi secundum rem, & particulam, Propter, in hac vsurpat significatione. Quando autem i. contra gentes cap. 86. & 87. ex professio probat, diuinam voluntatem non esse absque ratione, & inter obiecta creata rationem assignat, non loquitur de ratione volendi, nec vsquam ipse concessit inter obiecta creata Deo vnum esse rationem volendi aliud, sed loquitur de ratione, ob quam vnum obiectum dicitur esse propter aliud: vnde colligit, Deum non velle res creatas in ordinate, & confuse, sed ordine debito, quo vult vnam esse propter aliam, licet non velit vnam propter aliam.

Fundamentum
p. 1. i. i. i.

8.

S. Thomas
ratio volendi
non est
ratio non
ratio.

Ratione vero confirmatur, & explicatur pæcedens sententia, quoniam de diuina voluntate philosophandum est instar humanæ, vt quod voluntati humanæ est ratio volendi, in diuina etiam, nostro modo intelligendi, constituitur, absq; fundamento enim alio modo philosopharemur: sed finis solum, & id, quod gratia sui appetibile est, honestum videlicet, aut delectabile, est voluntati humanæ ratio volendi; vile vero, & id, quod habet solum rationem medij, quatenus medium, & vile est, non est ratio volendi: ergo in Deo simiter philosophandum est. Porro autem solum finem esse nobis rationem volendi, manifestum est, finis enim est cuius gratia cætera appetuntur, medium vero, & vile, quia ratione medium, & vile est, non est rationem volendi, pater, quia si esset, maxime comparatione aliorum mediorum subsequenti, non est autem ratio volendi alia media, quatenus medium est: primum, quia vt medium est, solum est vile, vt autem vile, solum est appetibile propter finem superiorem, quem respicit, vt vile ad illum. Tum etiam, quia si medium esset alicui gratia cuius aliquid appeteret, esset illi honestum, aut delectabile, omnis enim finis sub hac ratione aut est bonum honestum, aut delectabile: vile enim non habet bonitatem finis, vt constat ex doctrina Doctoris Sancti q. 5. artic. 6. Ad hæc vt doctrina sequentia, ad quorum desiderium moneret, quod est absurdum: constat igitur in nobis rationem volendi solum esse honestum, aut delectabile, quod verum habet rationem finis, & appetibilis gratia sui. Porro autem nullum medium habere rationem finis respectu alterius medij ex doctrina Aristoteli probandum est. 1. 2. q. 1. art. 4. atqui Deo sola sua bonitas comparatur per modum finis, & gratia sui appetibilis, cætera vero omnia creata per modum medij, ergo inter illa vnum non est Deo ratio volendi aliud.

S. Thom.

Aristotel.

9.

Cum vero dicimus, omnem creaturam comparari Deo tanquam medium, non tanquam finem; non est ita intelligendum, vt reuera creatura sit Deo medium ad acquirendum aliquem finem; sed quia voluntas, qua Deus diligit creaturas, supponit secundum rationem voluntatem ipsius Dei circa se ipsum: nec enim vllam diligeret creaturam, nisi prius secundum rationem diligeret seipsum: eatenusque placet creaturæ ipsi Deo, quatenus sunt aliquid ipsius per participationem: quod quidem non obstat, quo minus Deus rationales creaturas diligit amore amicitia, & quodam modo propter ipsas, vt dicemus disp.

34. cap. 2. obstat tamen, quo minus dicatur, vnam creaturam diligere propter aliam, tanquam propter rationem diligendi: sed omnia diligat propter suam ipsius bonitatem, quæ est obiectum primarie volitum ab ipso Deo in omni actu. Quare si proprie loquendum sit, non est dicendum, Deum velle aliquid creatum propter aliud creatum, hoc est, quia velit aliud creatum: sed Deum velle omnia propter suam bonitatem, hoc est, quia vult suam bonitatem: & denique velle vnam rem creatam esse propter aliam: nam & nos, quando ordinate volumus media, quæ serie quadam conducunt ad finem, proprie non dicimur velle vnum propter aliud, videlicet deambulationem propter attenuationem, sed vtraque propter sanitatem, bene tamen facere vnum propter aliud, vel velle vnum esse propter aliud, hoc est deseruire ad consecutionem alterius. Doctrinam hanc, quam obiter hic præmissimus de fine, nempe vnum medium, quatenus medium est, & vile non posse esse finem, & gratia cuius, & ita nullum esse intermedium finem, sed omnem finem esse vltimum in suo ordine, quatenus finis est, probabimus ex professo. 2. q. 1. art. 4.

CAPVT III.

Assignanda esse instantia prioris, & posterioris in decreto Dei.

Cum Deus singulari sua prouidentia hæc omnia inferiora disponere, & ordinare velle dicatur, eo quod vni decreuerit esse, aut facere propter aliud, assignare solemus, nostro modo intelligendi, instantia quadam prioris, & posterioris, quibus constituimus Deum volentem, aut decernentem prius vnum, quam aliud: cum tamen reuera simul vno actu omnia videat, atque definat, aut quia homines, qui discurrendo in deliberatione, & consultatione ordinate procedunt, prius tempore vnum, quam aliud decernunt, & instar illorum de Deo philosophamur, aut quia, etiam si simul tempore omnia media nonnunquam homines sibi præstituant, illa ordinate se habent, atque adeo ordine causæ vnum prius, quam aliud in consultationem venire dicitur. Hunc ordinem prioris, & posterioris nostro modo intelligendi Scholastici omnes, præsertim recentiores, absque controuersia recipiunt. Excipio Gabr. in 3. disp. 2. quæst. vnica art. 2. dub. 3. ad tertiam rationem Scoti, qui hæc instantia, & ordinem prioris, & posterioris in diuino decreto negauit, & dixit, omnia simul definita esse. Quare ex tali ordine diuini decreti non constare, an si Adamus non peccaret, Christus veniret, & alia huiusmodi, quæ sub conditione disputari solent, sciri non posse, Gabrieli fauet O Kam in 1. d. 9. q. 3. qui hunc ordinem instantium in Deo negat, tamen ipse loquitur de his tantum, quæ in diuinis processionibus, nostro modo intelligendi, assignari solent.

Cur in ista
distinctione
Scholastici, in
decreto verbi
Dei, qui no-
gent illa,
Gabriel.

O Kam
II.

Porro hæc phras communi Scholasticorum vsi sunt Patres assignantes in diuina prescientia, præfinitione vnum prius, quam aliud, quod non duratione, sed ordine, & habitudine quadam rationis intelligendum est. Sic August. pluribus in locis, præsertim tamen in libr. primo ad Simplicianum, q. 2. explicans enim illud ad Rom. 9. Vt secundum electionem propositum Dei maneret, ait: Non tamen electio præcedit iustificacionem, sed electionem iustificatio: quod

Distinguit
illa Aug.

Primum te-
limonium.

quod de anteceffione durationis nequit intelligi, siquidem duratione prior est electio, quæ æterna est, iustificatio, quæ est temporalis: loquitur enim Auguft. de electione in diuina præfciencia, vt difp. 89. cap. 6. ostendemus, ergo ex fententia illius iustificatio in diuina præfciencia est ante electionem ordine non durationis, fed rationis, & quafi causalitatis. Deinde hunc modum loquendi, *Deus hoc voluit ex illo, &c., Deus elegit aliquem ad regnum celorum ex merito,* referemus ex Auguft. infra difput. 89. cap. 9.

Secundum.

Clariſſimum Proſperi ſimonium.

12.

Sed clariffime eundem ordinem prioris, & pofterioris expreſſit Proſper in Epift. ad Aug. quæ est ante libros de prædeſtinatione Sanctorum verſus finem, vbi petas ab Augu. vt explicet, qualiter propoſitum Dei iuſtificandi, ex præfciencia meritorum non poterit oriri, fed potius contra, ex propoſito iuſtificandi præfciencia meritorum, inquit. *An vero vniſormiter licet diuini præfciencia à propoſito, temporalis diſtinctione non poſſit, ordine tamen vnum aliud ſupponat, quia ſcilicet ex eo Deus præſcit bona merita, quia propoſitum habuit ea tribuendi.* Cum dicit præfcienciam meritorum à propoſito iuſtificandi diſtinctione temporalis diſtingui non poſſe, intelligit nullam inter ea anteceſſionem durationis intercedere, hæc enim eſt temporalis diſtinctio, nam quæ tempore diſtinguntur, duratione etiam diuiſa ſunt: cum vero ait, ordine vnum aliud ſupponere, plane intelligit eorum, quæ in præfciencia ſimul ſunt, ordine conſiderationis vnum aliud præcedere, quo pacto aſſerit ex propoſito iuſtificandi ortum habuiſſe præfcienciam meritorum, eo quod merita ex ipſa iuſtificationis gratia, tanquam ex cauſa futura erant.

CAPVT. III.

In modo diſtinguendi, & ordinandi inſtantia rationis in diuino decreto varie ſentiunt auctores.

13.

Variant tamen recentiores Theologi, qui paſſim de his inſtantibus rationis diſputant, in conſtituenda regula, qua ordo prioris & poſterioris in diuina præfciencia, & decreto aſſignari debeat.

Scoti ſententia.

Scot. in 3. d. 7. q. 3. & d. 19. q. 1. ſumendum putat hunc ordinem in Dei decreto, inſtar humane conſultationis ordinate, in quo optime ſenſit, ſed ſubdit tunc aliquem ordinate procedere in conſultatione, quoties poſt voluntatem finis ea decernit, & vult, quæ ſunt magis propinqua fini: intelligit autem propinquiora dignitate, & inde probet, Deum poſt amorem ſui, proxime voluiſſe Filij ſui carnationem, quia inter cætera creata diuine bonitati propinquior eſt: ac proinde, ſi prior fuit in diuino decreto, Chriſtum alias venturum, etiam ſi Adamus non peccaret.

Reſicitur.

Ordo conſultationis non eſt dignitatis, ſed causalitatis.

Verum præterquam quod eius conſuſio eſt contra manifeſta Patrum, & Scripturæ testimonia, nec quidquam diuinam bonitatem commendat, vt auctores ſententiæ illius autumant; quinimo charitatem Dei erga genus humanum multum extenuat; fundamentum, cui Scotus innititur, & ex quo generalem videtur regulam deducere, firmum non eſt. Nam, vt 3. part. quæſt. 1. art. 3. dicemus, ordo in conſultatione mediotorum circa aliquem finem, non debet aſſignari ratione dignitatis, qua vnum medium magis aſſimilatur, & appropinquat fini, ſed ſecundum ordinem cauſa-

licatis, quo medium conducit ad finem. Alius enim eſt ordo intentionis, ſeu conſultationis, alius vero executionis; atque primum in intentione, vltimum eſt in executione, & contra; difp. 89. cap. 7. & 1. 2. q. 1. art. 2. dicemus. Sed in executione, verbi cauſa vt aliquis ſanetur, ſic procedimus, vt prius quærantur ſimplicia, deinde ex illis pharmacum componatur, poſtea ſumatur ab ægro, tandem ſanetur. In conſultatione igitur contra procedendum eſt: nam poſt voluntatem ſanitatis, quæ eſt voluntas finis, vocatur medicus in conſultationem, & in ea primum eligitur tale pharmacum, & ſi ſeri decernitur, deinde ſtatuitur, vt componatur à tali pharmacopola, tandem vt quærantur in tali loco ſimplicia, vel ipſi pharmacopola quærenda relinquuntur. Sic in conſtructione domus, & in omni negotio peragendo, conſultatio ordinate incipit ab eo medio, vbi executio ſinitur, & deſinit in eo, ex quo executio incitium ſinit. Ergo locus prioris non ſecundum nobilitatem obiectorum, ſed ſecundum propinquitatem causalitatis ad finem ita aſſignari debet, vt quod propinquior ad finem conſecutionem operatur, prius ſit in conſultatione, & poſterius in executione. Quamuis igitur incarnatio Chriſti propinquior ſit bonitati Dei dignitate; quia tamen non fuit propinquior causalitate, vt in 3. part. quæſt. 1. art. 3. probabitur, non ſequitur, Deum, qui ordinate vult, ante omnia decreuiſſe futurarum incarnationem: imo ſi quid momenti haberet ratio Scoti, probaret etiam Deum non potuiſſe decernere incarnationem ſimpliciter, & aliquo modo poſt peccatum, quod eſt abſurdum. Sed contra Scotum nunc dicta iuſtificentur.

Caiet. a. vero 3. p. q. 1. artic. 2. tres conſtituit ordines rerum in Dei decreto; primum naturæ, ſecundum gratiæ, & tertium vnionis hypſtaticæ: ſed, vt eo loco oſtendemus, hæc regula Caiet. multam continet contradictionem. Primum quia multa naturalia inuoluuntur in conſultatione prædeſtinationis. Tum etiam peccatum cruciſigentium Chriſtum ponitur à Caiet. in ordine naturæ, & tamen ſupponit neceſſario vnionem hypſtaticam. Ad hæc omnia, quæ ſunt ordinis naturalis, non habent ordinem cum iſs, quæ ſunt ordinis gratiæ; eſſe enim tot piſces in mari, tot beſtias in terra, omnino accidentarium eſt, & comitantes ſe habet cum ordine gratiæ; ergo non ſunt in primo loco diuine conſultationis neceſſario ponenda; ſed ipſa per ſe ſuum ordinem diuerſum conſtituent. De his tamen latius eo loco.

CAPVT. V.

Hæc inſtantia ſecundum ordinem obiectorum inter ſe aſſignanda ſunt.

MEA igitur ſententia, ſolum debet ordo aſſignari ex parte obiectorum, vt quæ inter ſe ordinem habent causalitatis, comparata cū diuina conſultatione, in ea etiam ordinem conſtituant, & inſtantia prioris, & poſterioris, ſeruata ſemper regula, quam prædiximus; nempe ordinem executionis contrarium eſſe debere in conſultatione, & intentione, vt ita ex eo Deus dicatur velle vnum prius, quam aliud, quia reiſpa vnum eſt propter aliud, vel ad aliud. Sed, vt recte hunc ordinem conſtituamus, obſeruādū eſt, inter creata obiecta tribus modis poſſe vnum alteri comparari, iuxta quos

17.

Prima est voluntas producendi subiectum, quam forma est.

17.

18.

18.

18.

Quod si placet alio modo hęc instantia disponere, dicendum est, inter formas accidentarias ipsius subiecti quandam esse veluti finem aliarum, sicuti in homine gloria est finis, ad cuius consecutionem indiget homo alia forma, aut medio, sic etiam in natura humana Christi vnio erat veluti finis, cetera vt media, dicendum igitur est, saltem simul decreuisse Deum fore subiectum, cum tali forma, quę est quasi finis illius; deinde alias formas, quę sunt veluti media circa ipsum hominem de finibus: verbi causa, prius voluisse condere hominem ad gloriam, deinde voluisse præbere media ad iustificationem. Sic etiam prius decreuisse ex fine redemptionis, quem volebat, producere naturam humanam in verbo, vt eam vniret, deinde præparasse media, & alias formas, quę essent quasi in ornamentum illius.

18.

18.

tres modos regulę magis peculiare assignari possunt. Primo modo comparatur subiectum formę, quam debet recipere: non loquor de subiecto, quę est materia prima, & pars essentialis compositi, sed de subiecto, quod est totum quoddam compositum, vt hominē, & de forma accidentaria, vt de gratia & gloria: sic autem necessario in intentione dei prius debet esse subiectum, quā forma, quare prior erit voluntas producendi hominem, quam ipsum iustificandi: & in executione similiter: & hęc sit prima regula. Impossibile enim est velle, aut decernere dare gratiam Petro, nisi iam Petrus futurus intelligatur. Nam cum gratia essentialiter Petrum supponat, non potest non in decreto gratia Petrus includi, Neque enim intelligimus prius deum decreuisse, gratia secundum se abstractam à subiecto producere: esset enim inepta definitio: cum neque inter homines id vnquam contingat. Similiter non prius decreuit vnionem hypostaticam in intentione, quam hanc naturam humanam, quę erat assumenda, producere. Namque vnio faciendā, supponit necessario etiam conceptu & cogitatione illud, cui est faciendā: ergo falluntur recentiores, qui putant non prius decreuisse Deum producere Petrum, verbi causa; quam ipsum prædestinasse gratia sua: nec prius decreuisse producere humanitatem Christi, quam ipsam vnire verbo: sed potius contra, ex eo illa produxisse, quod decreuit ipsam vnire. Vnde etiam sequeretur, prius decreuisse ipsam humanitatem vnire, quam producere, & Petrum verbi causa glorificare, & gratia sua iustificare, quam ipsum producere, quod manifestam implicat contradictionem. Nam qui potest aliquid velle facere hominem iustum, aut ipsum deificare, quem nondum producere decreuit? Satis esset, si dicerent, non prius deum decreuisse hominem producere, quam ipsum glorificare, & iustificare, nec prius humanitatem Christi facere, quam ipsam vnire.

Quare si placet alio modo hęc instantia disponere, dicendum est, inter formas accidentarias ipsius subiecti quandam esse veluti finem aliarum, sicuti in homine gloria est finis, ad cuius consecutionem indiget homo alia forma, aut medio, sic etiam in natura humana Christi vnio erat veluti finis, cetera vt media, dicendum igitur est, saltem simul decreuisse Deum fore subiectum, cum tali forma, quę est quasi finis illius; deinde alias formas, quę sunt veluti media circa ipsum hominem de finibus: verbi causa, prius voluisse condere hominem ad gloriam, deinde voluisse præbere media ad iustificationem. Sic etiam prius decreuisse ex fine redemptionis, quem volebat, producere naturam humanam in verbo, vt eam vniret, deinde præparasse media, & alias formas, quę essent quasi in ornamentum illius.

Porro autem non prius deum decreuisse formam, quę habet rationem finis, quam subiectum, probatum est supra; & confirmari etiam potest: quia eodem actu amoris vult Deus gloriam homini, in quo amore gloria est res concepta, homo autem est cui concupiscitur: impossibile autem est velle gloriam sine eo, cui illa desideratur: ergo non potest esse volita sine subiecto. Idem de vnione, & de reliquis formis, quas deus decreuit dare alicui subiecto. Ceterum non prius decreuisse subiectum fore, quam formam, quę habet rationem finis, constat, quia subiectum non voluit

fieri, nisi ad illum finem, & vt talem consequeretur effectum: ergo nunquam ante voluntatem finis fieri decreuit, sed simul.

Est autem valde obseruandum, subiectum quod dicitur factum ad aliquam perfectionem, quę est quasi finis illius, non habere rationem medij respectu illius, & ita nõ esse posterius tali forma, sed esse finem Cui, formam autem esse finem Cuius gratia, qui autem consultat, simul habet actum circa finem Cui, & circa finem Cuius gratia: hoc est circa perfectionem, quam desiderat, quę est veluti finis Cuius gratia, & bonum concupitum, & circa subiectum, quod est finis, cui illa perfectio desideratur: & ita simul deus vult homini gloriam, & decernit ipsum ad gloriam producere: quamuis circa ipsum existentiam sit voluntas efficax, circa gloriam vero sit solum simplex. Quia cum hominē fecerit ad hoc, vt gloriam consequeretur, ex hoc sine ipso esse voluit. Er de Christi humanitate similiter philosophandum est: nisi quod humanitas etiam ex alio vteriori fine vnita fuit, vt suo loco dicemus. nempe vt redimeret genus humanum, quo sine supposito, statim simul decreuit deus tanquam idoneum medium, simul humanitatem coniunctam verbo producere, vt satisfacere posset: nunquam tamen dicendum est, prius definitam esse gloriam, quam hominem; aut vnionem cum verbo, quam humanitatem.

19. Subiectum non est materia ad formam, sed finis cui.

Sed ex regula illa, quam paulo ante posuimus, Prius in executione, posterius est in intentione, & contra. aliqui sic argunt. In executione prius ordine saltem causalitatis producit natura assumenda, quam assumatur, atque Petrus, qui glorificandus est, & iustificandus est, quam iustificetur, & glorificetur: ergo in intentione dei prius est decretum glorificandi, iustificandi, & vniendi, & ex illa natura, quę glorificanda, iustificanda, & vnienda est, producit. Respondeo in primis, si argumentum alicuius momenti esset, probaret etiam Deum prius decreuisse aliquem hominem, iustificare, glorificare, aut humanitatem verbo venire, quam producere, quod est manifeste absurdum. Quis enim decerneret glorificare, aut iustificare hominem, ante quam futurum esse videat: vel ipsum forte velle? gratię enim productio essentialiter supponit subiectum, vt prædictum est.

Quorundam obiectio. 20.

Responso.

Deinde dico, regulam illam solum obtinere locum in dispositione mediourum respectu finis, quę ad finis consecutionem re ipsa conferunt, aut per modum cause efficientis, seu dispositionis, aut per modum meriti, cuius causalitas ad efficientem reducitur. Ergo in dispositione mediourum ad finem hic ordo, & series seruatur, vt primū in executione sit postremum in consultatione, seu intentione: & contra, primum in intentione sit postremum in executione. Subiectum autem respectu accidentium, & eorum, quę Deus in eo facere decreuit, vt respectu glorificationis, iustificationis, vnionis, atque similibus non habet rationem medij, neque physici, neque moralis, neque efficientis, nec meritorij: frustra igitur ex eo, quod subiectum in executione prius producit, colligunt aduersarij, in consultatione, & intentione debere esse posterius. Quare vniuersa, quę circa subiectum aliquod fieri à Deo decernuntur, in intentione dei, & voluntatis diuinę dispositione, ordine quodam supponunt subiectum ipsum circa quod faciendā sunt.

Prius in intentione, quando certum sit in executione.

21.

Secunda regula. De medijs moralibus respectu sui finis.

Secundo vna res creata alteri comparatur tanquam medium ad consecutionem illius, sed medium potest esse morale per modum meriti; & in hoc casu fit hæc secunda regula. Tamen in intentione Dei sit prius id, cui merita nostra comparantur per modum medijs: nihilominus non est prius in intentione peculiari, & efficaci, quam prævideantur merita: sed in intentione quadam simplicis complacentiæ, & inefficaci, qua placet Deo, quemlibet hominem consequi suis meritis id, quod omnibus, vt finem proponit. Hoc latissime confirmandum est, & demonstrandum disput. 89. cap. 6. 8. & 10. ideo maiori probatione hic superferendum est. Determinata vero voluntate & efficaci Deus dicitur elegisse in sua præscientia merita gratiæ ad regnum cælorum, vt sæpe ait Aug. ac proinde hæc voluntas supponit merita, & quoties in tẽpore aliquid dicitur ex meritis dari, dicitur ab eodem etiam Aug. ex meritis à Deo fuisse definitum, vt ibidem videbimus. Quocirca neque vnquam Deus decreuit aliquem vocare, iustificare, & glorificare voluntate efficaci, nisi præiussis meritis Christi, virtute quorum in tempore eum vocaturus, iustificaturus, & glorificaturus erat, alioquin prius decreuisset Petrum glorificare, iustificare, atque adeo prius Petrum prædestinasset, quam vidisset merita Christi, & ipsum Christum prædestinasset, quod est absurdum.

Ratio vero à priori vnica modo sufficiat, quia id, quod datur propter aliud, tanquam propter meritum, datur intuitu illius, sicut in humanis etiam videmus: nam si absolute ex se aliquis daret, non aspiciens merita, non daret ex meritis, ergo cum donatio in tempore fiat intuitu meritorum, in æternitate voluntas dandi non potest esse ex se absoluta, sed intuitu etiam meritorum, vt in ea disp. 89. latius ostendimus: & ideo Deus dicitur in æternitate elegisse merita gratiæ, quia intuitu illorum præparauit coronam gloriæ.

Tertio vnum alteri comparatur tanquam causa physica illius, propter quod esse dicitur, omnis enim causa propter suum effectum videtur esse: sed vt regula instantium circa hæc constituamus, distinguendum est. Aut enim effectus alicuius causæ physicæ pendet ex libero arbitrio, aut est omnino naturalis: exemplum prioris: datur vocatio Dei, vt homo respondeat: hic enim effectus vocationis physicus, hoc est, non per modum meriti, sed pendens ab arbitrio: in his ergo statuitur tertia regula: quamuis effectus, ad quem causa ordinatur per modum finis, debeat esse prior in intentione, quia est posterior in executione: tamen non est prior in intentione efficaci, & omnino determinata, sed simplici tantum affectu complacentiæ, qui non sit efficax, verbi causa, non prius efficaciter Deus decreuit, Petrum responsurum vocationi, & consensurum gratiæ, quam ipsum vocare, sic enim sine illo decerneret consensum voluntatis, qui sine illo nequam fieri potest; sed ex voluntate, qua placet Deo in vniuersum, vt quique respondeat gratiæ, vt iustificetur, & vt obseruet legem, ipsum decreuit hac, aut illa gratia præuenire: præuisa autẽ præparatione illius vocationis, & gratiæ, decreuit, cum ipso, prout vidit eum inclinatum, concurrere, vt ita integram seruaret arbitrij libertatem. Hoc autem est nobis ex professo probandum disput. 90. ideo nunc dicta sufficiant.

Contra vero ubi effectus est omnino naturalis, prius potest esse in intentione voluntate efficaci (& hæc sit vltima regula) veluti cum voluit Deus esse pluiam, vt esset abundantia frumenti, possumus dicere prius in intentione fuisse abundantiam frumenti, quam pluiam, & contra vero in executione, prior est pluuia, quam copia frumenti. Effectus enim ille est veluti medium magis propinquum fini, quem Deus vult, quam ipsa pluuia. Patet igitur, quomodo sint ordinanda instantia diuinæ voluntatis in decernendis rebus futuris, ubi autem re ipsa non est aliqua effectuum connexio, in diuina voluntate nullum ordinem habent, vt statim patebit.

22. cap. 6. 8. & 10. ideo maiori probatione hic superferendum est. Determinata vero voluntate & efficaci Deus dicitur elegisse in sua præscientia merita gratiæ ad regnum cælorum, vt sæpe ait Aug. ac proinde hæc voluntas supponit merita, & quoties in tẽpore aliquid dicitur ex meritis dari, dicitur ab eodem etiam Aug. ex meritis à Deo fuisse definitum, vt ibidem videbimus. Quocirca neque vnquam Deus decreuit aliquem vocare, iustificare, & glorificare voluntate efficaci, nisi præiussis meritis Christi, virtute quorum in tempore eum vocaturus, iustificaturus, & glorificaturus erat, alioquin prius decreuisset Petrum glorificare, iustificare, atque adeo prius Petrum prædestinasset, quam vidisset merita Christi, & ipsum Christum prædestinasset, quod est absurdum. Ratio vero à priori vnica modo sufficiat, quia id, quod datur propter aliud, tanquam propter meritum, datur intuitu illius, sicut in humanis etiam videmus: nam si absolute ex se aliquis daret, non aspiciens merita, non daret ex meritis, ergo cum donatio in tempore fiat intuitu meritorum, in æternitate voluntas dandi non potest esse ex se absoluta, sed intuitu etiam meritorum, vt in ea disp. 89. latius ostendimus: & ideo Deus dicitur in æternitate elegisse merita gratiæ, quia intuitu illorum præparauit coronam gloriæ. Tertio vnum alteri comparatur tanquam causa physica illius, propter quod esse dicitur, omnis enim causa propter suum effectum videtur esse: sed vt regula instantium circa hæc constituamus, distinguendum est. Aut enim effectus alicuius causæ physicæ pendet ex libero arbitrio, aut est omnino naturalis: exemplum prioris: datur vocatio Dei, vt homo respondeat: hic enim effectus vocationis physicus, hoc est, non per modum meriti, sed pendens ab arbitrio: in his ergo statuitur tertia regula: quamuis effectus, ad quem causa ordinatur per modum finis, debeat esse prior in intentione, quia est posterior in executione: tamen non est prior in intentione efficaci, & omnino determinata, sed simplici tantum affectu complacentiæ, qui non sit efficax, verbi causa, non prius efficaciter Deus decreuit, Petrum responsurum vocationi, & consensurum gratiæ, quam ipsum vocare, sic enim sine illo decerneret consensum voluntatis, qui sine illo nequam fieri potest; sed ex voluntate, qua placet Deo in vniuersum, vt quique respondeat gratiæ, vt iustificetur, & vt obseruet legem, ipsum decreuit hac, aut illa gratia præuenire: præuisa autẽ præparatione illius vocationis, & gratiæ, decreuit, cum ipso, prout vidit eum inclinatum, concurrere, vt ita integram seruaret arbitrij libertatem. Hoc autem est nobis ex professo probandum disput. 90. ideo nunc dicta sufficiant. Contra vero ubi effectus est omnino naturalis,

August.

23.

Tertia regula de causa physica effectus liberi.

24.

CAPVT VI. Ex sola Dei voluntate sine connexione rerum inter se non debent instantia ordinari.

25. VNT potro nonnulli recentiores, qui cum vultum putent, instantia distinguenda simul, & ordinanda esse secundum obiectorum, & rerum connexionem inter se, quando videlicet vnum re ipsa referatur ad aliud, addunt tamẽ assignari etiam posse ordinem instantium ex solo ordine, quem res habent à diuina voluntate, potest enim (inquunt) Deus libertate sua vnum in aliud ordinare, etiam si re ipsa ad illud non referatur, ergo secundum illam ordinationem, quam res fortuitur à diuina voluntate, possunt etiam in decreto Dei instantia ordinari. Addunt alij, Deum ita velle aliquem finem per aliqua media, vt possit voluntatem suã adstringere, sicut placuerit, alicui medio, etiam si re ipsa finis non necessitatio debeat à tali medio. Afferunt etiam, tunc Deum non prius velle finem, quam illud medium, quare si non esset futurum tale medium, non esse futurum finem, quia decretum circa finem Deus coarctauit tali medio. Veluti cum quis decernit ire Toletum, sed non nisi in curru? deficiente illo, non ibit. Cum aliquo in voluntas finis, quæ prior est voluntate mediõrum, non tollatur ablata voluntate mediõrum, cum vero loquor de fine, idem intelligo de medio aliquo, propter quod alia media esse dicuntur.

26. Cæterum semper eodem modo dicendum est, ordinem instantium in diuina voluntate ex ordine rerum inter se esse sumendum, & inde etiam ordinationem diuinæ voluntatis conijciendã esse. Nam sine mutatione rerum inter se, nõ possumus varias ordinationes diuinæ voluntatis concedere, aut colligere. Supponamus enim, exempli causa, meritum Christi impetrasse, & obtinuisse nobis gloriam, eo quod de facto pro nobis obrulit passionem, ac proinde iuxta regulam secundam superiori cap. traditam, Deum præuidisse meritum Christi, & intuitu illius dedisse nobis gratiam, ex quo talem ordinem assignamus, vt prius fuerit præuisum Christi meritum, deinde fuerit decretum dandi gratiam, rebus quidem eodem modo perseverantibus, hoc est, si Christus pro nobis offerret se, & Deus de facto daret gratiam, non possemus dicere, non dedisse intuitu meritorum, sed absolute ex sua voluntate, quia vt diceremus, mutari, aut variari deberet esse variatione in ipso, quam modo est, oporteret esse variatione in ipso, aut in rebus. In ipsum vero nulla cadere potest, nunc enim supponimus decretum liberum voluntatis Dei non esse actum libere elicatum à Deo, qui posset adesse, & non ad esse ab æterno, vt disput. 79. cap. 2. probatum est, ergo ex parte Dei nulla vari-

variatio esse potuit: in rebus autem nulla quocumque est, ut supponimus: ergo res permanentes in eodem ordine, non possunt voluntate dei aliter ordinari, sed voluntas etiam dei eodem modo manebit. Semper igitur attendi debet, connexio rerum inter se, ut inde ordinem diuinae voluntatis assignemus: rerum autem connexio consistit potissime in proportionem naturalium rerum, qua inuicem comparantur, vel in intentione, non Dei, sed hominum taliter operandum: quod enim iustus constitutus in gratia bene operetur, proportionem habet dignitatis cum vita aeterna: & ex se dignum esse illa: quare si ei datur gloria dicitur dari propter merita, & Deum aliter noluisse dare. Deinde quod quis oret, aut bene operetur, remittendo iniurias sibi factas, vel miserando indigentibus, proportionem habet congruitatis cum aliqua peculiari gratia, quam sibi impetrat, & ideo dicitur deum dedisse intuitu bonorum operum illam gratiam peculiarem, non intuitu condignitatis, quia talem proportionem opera non habent, sed congruitatis, & decentiae.

27.

Quocirca si Christus pateretur, ut passus est, & alia bona opera fecisset, & gratia nobis daretur, ad hoc, ut diceretur non dari intuitu meritorum Christi, sed sola benignitate Dei, deberet esse aliqua variatio ex parte meritorum Christi; alioqui frustra diceremus, non dari gratiam intuitu illorum, sicut modo datur: deberet igitur Christus ita pati, & bene operari, ut voluntate sua merita pro hominibus non offerret in solutionem delicti aliorum; sed absolute alio sine faceret: nam in reatio ipsius requisita est, ut dicitur hominibus mereri, sicut ostendimus in 3. p. Sancti Thomae q. 19. sed si offerat, ut reuera obtulit in solutionem delictorum, tam praeteritorum, quam futurorum, non possunt non eius opera ex sua, non autem ex sola Dei voluntate ordinari reipsa in salute hominum: & ita Dei voluntas non potest non intuitu illorum dare gratiam, & gloriam, si de facto illam conferat hominibus, non obstante ipsorum peccato. Similiter, ut dicitur Deus dare gloriam gratis, & sine meritis, opus est ut quia in eo sint merita, cui gloria datur: nam si habeat merita, & deinde gloria illi datur, sequitur, necessario Deum voluisse dare gloriam propter merita, ut ex praescripta doctrina colligitur. Frustra igitur ex solo nutu Dei, relicto ordine rerum, quem inter se habent aut naturae suae, aut voluntate operandum; varios ordines diuinae voluntatis Doctores praedicti assignant.

28.

Quare licet in Scriptura, & sanctis Patribus aliquando variæ causae diuinae voluntatis assignentur, & in Incarnatione Filij Dei peculiaris fuerit expressa causa; tamen omnes causas ex ipso ordine rerum inter se iuxta doctrinam hic assignatam suo loco optime deducemus; nunc enim omnia persiqui non licet: sed satis est generalia quaedam fundamenta iacere, quae nobis varijs in locis seruire possint.

29.

Praeterea etiam si sola variatione actus diuini vnum obiectum ad aliud ordinaretur, debere tamen illa inter se aliquam proportionem, & causalitatem habere, nam si nulla esset, nec vnum ad aliud conlucere, non posset dicere, vnum ad aliud voluntate Dei ordinari: Deus enim non assumit aliquod medium, nisi reipsa conducatur.

At obijciunt aliqui hoc modo: nulla facta mutatio in rebus potest aliquis, qui erat antea voto obligatus, manere absolutus, si Deus voluntate sua sola veller, ergo ex solo nutu diuinae voluntatis, potest in rebus ordo constitui. Respondeo nunquam aliquem hominem esse absolutum a voto, donec reuellet Deus voluntatem suam, alicui saltem, facta autem reuelatione, etiam si ille, qui venit, ignoret, & ob ignorantiam obligetur, tamen reipsa non obligatur: at si Deus nihil reuelaret, homo semper deberet reipsa votum adimplere, facta enim reuelatione, fuisset sufficiens mutatio, ut id quod obligabat, non obligaret, ea vero non facta, nulla esset facta mutatio, & ita res in eodem statu permaneret. Si dicas, sufficere Deum intra se habere actum liberum, ut pro eo tempore votum non obligaret; respondeo talem actum liberum elicatum nullum in Deo esse, ut disputatio illa 79. c. 2. notauimus, sed solam essentiam dei nudam cum ordine ad obiecta creata: quare si haec non mutantur, eadem dicitur voluntas manere. Praeterea, etiam si talis actus in Deo esset, ut vim legis haberet, deberet esse insinuat, vel reuelatus, alioqui votum reipsa non solueret. Sed hoc patum ad nostrum institutum attinet.

De voluntate vero finis, an possit vni medio, quando plura sunt, aligari, ut nisi per illud, non velit Deus aliquem finem, dicemus ex professo disput. 89. ca. 11. an vero bonum, quod ex peccato Deus elicit, poterit esse in primata Dei intentione, ut propter illud dicatur velle permittere peccatum, tamen si ipsum peccatum non velit; videbimus disput. 93. Illud autem sciendum est, non posse in Dei intentione aliquid primarium esse nisi ea, quae essentialiter supponit, sit etiam aliquo modo à Deo volita, ex quo nullum bonum, quod natura sua supponit peccatum in primaria dei intentione esse potest, qualis est poena, poenitentia, &c. eo quod, qui primarie in haec duo, & similia animus intendit si perseverare debet in ea intentione, cogitur velle peccatum, quod ipsis essentialiter supponitur. Intentio enim necessario non tenet ad ea, quae essentialiter necessaria sunt. Quod si aliquid illorum displicet, ipsum finem, vel medium primum displicere necesse est, de quo latius eo loco tractabimus.

Obiectio.

Solutio.

30.

Bonum quod supponit peccatum nequit Deus intendere primarie.

31.

Ordo inter se naturam, & voluntatem Dei.

Postremo, an scientia conditionalis, quam Deus de rebus habet, aliquid conferat ad constituendum ordinem voluntatis dei absolutae, vel inde dijudicari debeat series, quam Deus obleruare voluit (multi enim hac scientia conditionali abutuntur, ut suo loco dixi) sigillatim ostendimus, cum super eadem de hoc, vel illo ordine tractabimus, ut disput. 89. & in 3. p. q. 1. ar. 3. & alibi etiam.

Hoc vero certum est, scientiam Dei simpliciter intelligentiae priorum esse quamvis voluntate, cum qua computari potest scientia futurorum sub conditione, eo quod voluntatis operatio ex genere suo natura posterior est operatione intellectus. Deinde voluntas Dei, qua aliquid vult esse futurum, prior est scientia eiusdem futuri, ut disput. 68. cap. 6. dictum est. Tandem si de scientia & voluntate diuersarum rerum sermo sit, ut de praesentia meritorum, & voluntate dandi gloriam, varie loquendum est secundum regulas superius traditas, & haec satis de hoc articulo.



Verum voluntas Dei semper impleatur.

122.
I. d. 47. ar. 1.
C. ar. 2. co.
Et verig. 23.
ar. 1. cor. C.
quo lib. 1.
ar. 3. column.
C. quod 1. 12.
ar. 4. co.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod voluntas Dei non semper impleatur. Dicit enim Apostolus 1. ad Timotheum 2. quod Deus vult omnes homines saluos fieri, & agnitionem veritatis venire. Sed hoc non ita euenit. Ergo voluntas Dei non semper impletur.

2. Præterea. Sicut se habet scientia ad verum, ita voluntas ad bonum, sed Deus scit omne verum, Ergo vult omne bonum, sed non omne bonum fit: multa enim bona potest fieri quæ non fiunt. Non ergo voluntas Dei semper impletur.

3. Præterea. Voluntas Dei cum sit causa prima non excludit causas medias, ut dictum est. Sed effectus causæ primæ potest impediri per defectum causæ secundæ. Sicut effectus virtutis motiæ impeditur propter debilitatem tibiæ. Ergo & effectus diuinæ voluntatis potest impediri propter defectum secundarum causarum. Non ergo voluntas Dei semper impletur.

Sed contra est, quod dicitur in Psalm. 113. Omnia, quæcunque voluit Deus fecit.

Respondeo dicendum, quod necesse est voluntatem Dei semper impleri. Ad cuius euidenciam considerandum est, quod cum effectus conformetur agenti secundum suam formam, eadem ratio est in causis agentibus, quæ est in causis formabilibus. In formis autem sic est, quod licet aliquid possit deficere ab aliqua forma particulari, tamen à forma vniuersali nihil deficere potest. Potest enim esse aliquid, quod non est homo vel viuum, non autem potest esse aliquid quod non sit ens. Vnde hoc idem in causis agentibus contingere oportet. Potest enim aliquid fieri extra ordinem alicuius causæ particularis agentis: non autem extra ordinem alicuius causæ vniuersalis, sub qua omnes causæ particulares comprehenduntur: quia si aliqua causa particularis deficiat à suo effectu, hoc est propter aliquam aliam causam particularem impediens: quæ continetur sub ordine causæ vniuersalis. Vnde effectus ordinem causæ vniuersalis nullo modo potest exire. Et hoc etiam patet in corporalibus. Potest enim impediri, quod aliqua stella non inducat suum effectum. Sed tamen quicunque effectus ex causa corporea impediens in rebus corporalibus

consequatur, oportet quod reducat per aliquas causas medias in vniuersalem virtutem primi cæli. Cum igitur voluntas Dei sit vniuersalis causa omnium rerum, impossibile est, quod diuina voluntas suum effectum non consequatur. Vnde quod recedere videtur à diuina voluntate secundum vnum ordinem, relabatur in ipsam secundum alium. Sicut peccator, qui quantum est in se, recedit à diuinæ voluntate peccando, incidit in ordinem diuinæ voluntatis, dum per eius iustitiam punitur.

Ad primum ergo dicendum, quod illud verbum Apostoli, Quod Deus vult omnes homines saluos fieri, &c. potest tripliciter intelligi. Vno modo, ut sit commoda distributio secundum hunc sensum, Deus vult saluos fieri omnes homines, qui saluantur: non quia nullus homo sit quem saluū fieri non velit: sed quia nullus saluus fit, quem non velit saluū fieri, ut dicit Augustinus. Secundo potest intelligi, ut fiat distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, secundum hunc sensum: Deus vult de quolibet statu hominum saluos fieri mares, & feminas, Iudæos & Gentiles, paruos & magnos, non tamen omnes de singulis statibus. Tertio secundum Damascenum intelligitur de voluntate antecedente. non de voluntate consequente. Quæ quidem distinctio non accipitur ex parte ipsius voluntatis diuinæ, in qua nihil est prius vel posterius, sed ex parte volitorum. Ad cuius intellectum considerandum est quod vnum quodque secundum quod bonum est, sic est volitum à Deo. Aliquid autem potest esse in prima sui consideratione, secundum quod absolute consideratur bonum vel malum, quod tamen prout cum aliquo adiuncto consideratur, quæ est consequens consideratio eius, è contrario se habet. Sicut hominem viuere est bonum: & hominem occidi est malum secundum absolutam considerationem. Sed si addatur circa aliquem hominem, quod sit homicida vel viuens in periculo multitudinis, sic bonum est eum occidi, & malum est eum viuere. Vnde potest dici quod iudex iustus antecederet vult omnem hominem viuere, sed consequenter vult homicidam suspendi. Similiter Deus antecederet vult omnem hominem saluari, sed consequenter vult quosdam damnari secundum exigentiam suæ iustitiæ. Neque tamen id quod antecederet volumus, simpliciter volumus, sed secundum quid: quia voluntas comparatur ad res secundum quod in seipsis sunt.

Ex sententia Alex. Bonauent. & aliorum omnem voluntatem beneplaciti impleri.

sunt, in seipsis autem sunt in particulari. Vnde simpliciter volumus aliquid secundum quod volumus illud consideratis omnibus circumstantijs particularibus: quod est consequenter velle. Vnde potest dici, quod iudex iustus simpliciter vult homicidam suspendi, sed secundum quid vult eum viuere, scilicet in quantum est homo. Vnde magis potest dici vellicitas, quam absoluta voluntas. Et sic patet quod quicquid Deus simpliciter vult, fit, licet illud quod antecedenter vult non fiat.

Ad secundum dicendum, quod actus cognoscitiue virtutis est secundum quod cognitum est in cognoscente: actus autem virtutis appetitiue est ordinatus ad res secundum quod in seipsis sunt. Quicquid autem potest habere rationem entis & veri, totum est virtualiter in Deo, sed non totum existit in rebus creatis. Et ideo Deus cognoscit omne verum, non tamen vult omne bonum, nisi in quantum vult se, in quo virtualiter omne bonum existit.

Ad tertium dicendum, quod causa prima tunc potest impediri a suo effectu per defectum cause secundae quando non est vniuersaliter prima sub se omnes causas comprehendens: quia sic effectus nullo modo posset suum ordinem euadere. Et sic est de voluntate Dei, vt dictum est.

Conclusio articuli est *Voluntas Dei semper impleri*. probat S. Thom. ex illo Plal. 113. *Omnia, quecumque voluit, fecit in celo. & in terra: & Sap. 12. Subest illi, cum volueris, posse.* Omnia vero ratione S. Thom. est alia manifesta: nam voluntas Dei est omnipotens, & ipse per voluntatem operatur, ergo non potest ab aliquo impediri, quo minus effectum consequatur. Circa textum S. Thomae nihil est notatione dignum; difficultates vero, quae circa doctrinam illius sunt, sequenti diuisione examinabimus.

Dei actus. S. Thomae. Plal. 113. Sapientia. Ratio conchijans.

A Nteaquam disputatione aggrediamur, praemittenda est distinctio voluntatis Dei, quam constituit S. Thom. artic. 11. huius quaestiois videlicet voluntas alia est signi, alia beneplaciti. Signi dicitur, quando Deus exterius ira se gerit circa rem aliquam, vt indicet se habere voluntatem illius rei, cum tamen reuera eam non habet. Exemplum est in omnibus Prophetijs, quae sola continent comminationem poenae, qua Prophetarum significare videbantur, Deum poenam statuisse, cum tamen reuera ea voluntas in Deo non fuerit. In exemplum etiam afferri solet praecceptum, quod Deus posuit Abrahamo immolandi filium suum, cum tantum vellet occasionem praebere obedientiae, non autem immolationem Isaac. In quo quidem exemplo, & similibus, vbi aliquid ex parte Dei iubetur, per modum praeccepti, & postea ipse prohibet fieri, est quidem voluntas quaedam simplicis complacentiae circa rem illam. Deo namque placebat secundum se immolatio Isaac ex obedientia, cum esset opus virtutis, & praeccepti, & ex hac parte non est sola voluntas signi, sed quia id, quod exterius apparebat, indicare videbatur Abrahamo deum velle sacrificium illud absolute praecipere, & praecceptum non reuocare; ex hac parte erat voluntas signi, & non beneplaciti: id enim nunquam decreuerat Deus imo oppositum volebat. Voluntas autem beneplaciti est, quando non tantum est signum talis voluntatis, sed etiam res ipsa, cuius dicitur in Deo esse voluntas, ipsi placet. Talis est voluntas eorum, quae a Deo fiunt. Illa enim eo ipso non possunt non Deo placere, vt fiant: sed de hac distinctione latius in eo articulo.

Voluntas signi, & neplaciti, quid.

2.

In praesenti vero controuersia duae sunt oppositae sententiae. Prior est *Alexand. 1. p. q. 26. m. 2. Bonauent. in 1. d. 46. artic. 1. q. 1. Scoti q. unica ad 1. Maioris q. unica, Marfil in 1. q. 45. art. 1. Dried. de concord. lib. arbit. & praedest. 1. p. cap. 4. ad 2. & Caietan. in illud Pauli 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, &c. qui asserunt in Deo non esse voluntatem beneplaciti, quae proxime referatur ad saluationem omnium, & ad obseruationem praecceptorum in omnibus hominibus, ita vt haec secundum se re ipsa sint volita a Deo, sed voluntatem Dei proxime terminari ad medium, quae Deus tribuit omnibus hominibus, quibus saluari possint, & ad praeccepta, quae eisdem tradit, vt bene operentur: quare dicunt vtramque voluntatem relata ad obseruationem praecceptorum, & ad saluationem hominum, tantum esse signi: quia praebendo media absolute, & praeccepta, quae obseruare iubet, iudicare videtur Deus, se habere voluntatem beneplaciti circa omnium salutem, & circa praecceptorum obseruationem, cum tamen eam non habeat.*

Alexand. Bonauent. Maior. Marfil. Dried. Caietan. Quorundam sententia. Propositus.

3.

Huius sententiae fauet Augustinus eo quod testimonium Pauli 1. ad Timoth. 2. *Deus vult omnes homines saluos fieri*, nusquam explicat de voluntate beneplaciti, quae reuera in Deo sit circa salutem omnium hominum: sed tribus alijs modis, quibus plane eam voluntatem beneplaciti circa omnium salutem negat. Prima expositio est, quam

Confirmatur ex August. 1. ad Tim.

Pp 2 tradit

DISPVATIO LXXXIII.

An sit aliqua voluntas beneplaciti in Deo, quae non semper impleatur.

Ex sententia Alex. and. Bonauent. & aliorum, omnem voluntatem beneplaciti impleri. cap. 1. Deum habere voluntatem beneplaciti circa salutem, & ream omnium hominum vitam, verior opinio fert. cap. 2. Cur haec voluntas dicatur antecedens. cap. 3. Quo pacto voluntas, quam Deus de salute hominum antecedentem habet, absoluta sit, & nihilominus non semper impleatur. cap. 4. Diluuntur argumenta prioris sententiae. cap. 5. Vsq; in 1. p. Tom. 1.